

# Codice Diplomatico Longobardo I, 116B

+ Exemplar. In nomine domini nostri Iesu Christi adque beate semper uirginis Marie et beatissimi apostolorum principis sancti Petri. regnante piissimo adque excellentissimo pro salute totius catholice gentis nostre Langobardorum donno nostro Aistulfo rege, anno regni eius Deo protegente sexto, mense iulio, inductione septima. Uualfredus filio quondam Ratcensi, cuius Pisane, recolente me istius mundi caduca ac transitoriam uitam, et quot oportet huius mundi uana gloria comtemnere per Christum dominum sequi eiusque sacra precepta inplere et promissione suscipere et eternam uitam cum eum fruere, et quod peccatoribus aditus regni celorum non interincluditur si toto corde ad misericordiam Dei confugerit, et dum pro mea facinora et spatio uite quam neglegenter duxi me animi tedium inficere, et non inueni per quo me in angustiis conuertere, tunc protectorem quesui, ut quod non meis meritis ad illa ualeo peruenire uita, per qua commissa deleatur, illius protectio, cui ligandique et soluendi est concessa potestas, in ouile eius reducatur; tunc in eius honore disposui monasterio hedificare in que regulariter uitam ducere, et me una cum filiis et res mea offero, ubi et nostras et aliorum anime saluarentur. item namque ego qui supra Uualfredi cum magna deuotione et compunctione cordis offero me ipso et filiis meis, id est Ratchisi, Gumfredi, Taiso et Benedicto, domino Deo deseruire et usque ad uirtutem et possibilitatem, auxiliante pious Deus, sancte et regulariter uitam peragere in monasterio beatissimi et apostolorum principi Sancti Petri, quas presenti tempore in proprio territorio meo ob hamore Christi et pro remedio peccatorum meorum hedificare uisus sum locus qui uocatur Palatiolo, iudicaria Lucense; in eo uero tenore meus dispositus animo, ut nullus episcoporum aut iudicum ibi preueniat imperio, neque aliquis de filiis uel heredum meorum tipo superbie inflati quacumque possit in fratribus inibi congregati uel in res monasterii huius generare superbiam, set ita uolo adque per huius munimine cartula confirmaui, [ut] in supra memorato monasterio Sancti Petri congregatio monachorum fiat de illis fratribus quos pious Deus et ipse eius apostolus ad suum seruitium uocatus dignare fuere. et filiis meis una cum ipsis, pariter adiuuante omnipotenti Dei misericordia, sancte et regulariter uitam peragantur, et pro meis peccatis die noctuque suis orationibus omnipotenti Deo non cessent obsecrari misericordia. et tamen ordinatione abbati quam et alias ordinationes, quod oportuna sunt in monasterio fieri, ita agant et perficiant secundum instituta regula ad sanctum patrem nostrum Benedictum. et si aliquo error pro ordinatiione abbati ortus fuerit, aut prauo aliquo uitium repertum inter fratribus, quod ipse inter se ad rectitudinem aut regule instituta corriger neglexerit, tunc accedant in ipso monasterio sancti patres quoepiscopi, id est sedis ecclesie sancte Pisane et sedis ecclesie Populoniensis seo et abbas monasterii domini Saluatoris loco Pontiano, item et abbas monasterii Sancti Fridiani ubi et eius corpus quiescit umatum ciuitatem Lucense. hii sanctissimi quattuor hac uenerabiles uiri in omnibus habeant licentiam malum aut prauum uitium, quod ortus fuerit instigante diabulo, ad Domini reuocare precepta, ut malum uitium resecetur et anime fratrum corrigat ad salute. et si, decerente abbate, in electiione abbatis aliquo ortus fuerit scandalo, sicut solet fieri per insidia ostis nostri, ipsi quidem supra memorati sancti partres una cum fratribus ipsius monasterii preuideant qui dingus fuerit presesse, ita eligant et confirmant sine ullo munere aut alio aliquo imperio, nisi tantum at his prauis uitiiis se correndum, ut sancte et regulariter uiuant. nam si ipsi se corriger potuerint, ut sancte et regularis uite agant, supra memorati quoepiscopi uel abbati nullo coegerant imperio in ipso monasterio aliquot ordinandi aut iudicandi; set liceat eos instituta patrum seruare et uita peragere. de supra memoratis uero filiis meis, uolo ego qui supra Uualfridi, ut si aliquis de ipsis peccatis

fatiscentibus in aliquo lapso ceciderit, aut aliquo prauum egerit, tunc abbas, qui ordinatus fuerit, eum penitentiam et disciplinam corrigant et intro monasterio reteneant, ut anima eius saluari possint, nam foris monasterio nullo modo eos expellant, ut anima eius depereant; set quot forte uoluntarie bene agere neglexerint, faciant inuiti. in dotis uero supra memorati monasterii Sancti Petri, una cum prefatis filiis meis, id est Ratchis, Gumfredo, Taiso et Benedicto, in primis trado et offero portionem meam de supradicto casale Palatiolo, ubi et ipse monasterio fundatum est, una cum portione mea de basilica Sancti Filippi, uel res ad eam pertenentes, cum casas massaricias, familias, uel adiacentia eorum, peculias donicatas cum pastores qui eam depascunt, cum uineas, oliuetas et territuriis per fines una cum siluas sicut nobis pertinere uidetur in integro. item et curte iuris mei in Castagnieto cum edificias suas, peculias donicatas et pastores qui eam depascunt, uineas, oliuetas, pratas, territuriis, siluas seo et casas massaricias cum familias suas que nobis pertinent. quanti exinde liberi non dimisenmus, cum omne adiacentia ad ipse case uel curte pertenente, in integro abeat ipse monasterio. item et abeat portionem meam de molino et casa de Caldana cum Helaro seo et Dominico pueri nostri, et omnem adiacentiam ad ipsa casa uel molino partem meam in integro pertenentes. simili modo et abeat ipse prefatus monasterio portionem meam de curte super Cornia, cum edificias suas, uineas, territuriis, cultas et incultas, siluas, pergaias, pascuas, una cum casas massaricias, cum familias suas, et omne adiacentiam ad ipse [case] uel curte pertenente in integro; anteposito portiionem meam de gagio Ghutoti et portiionem meam, hoc est medietatem, de casa Candidi de Riuo Orsario cum familio et omne adiacentiam ad ipse case pertenente. item abeat ipse monasterio Sancti Petri portionem meam de casale in Raossano, tam de monasterio quod inibi est seo et de case massaricie, cum adiacentia ad ipsa case pertenente, portiionem meam in integro. item uolo ut abeat ipse monasterio medietatem salinas in loco Uada, et in Potiolo area quod emit a quondam Anfridi, mea portiione. simili modo et offero in supradicto monasterio portiionem meam de curtis iuris mei in loco qui uocatur Septare, cum edificias, uineas, oliuetas, siluas, territuriis cultas et incultas, una cum casas massancias uel omne adiacentia ad ipse case uel curte pertenente. et abeat insimul casa Magniacioli, et casa Teudiperti, et casa Uüpertuli, et casa qui fuit Pasquali in fundo Magno, cum omne adiacentia ad ipse case pertinentem. itemque do et offero ad ipsum predictu monasterio portiionem meam de curte mea castello Faolfi, cum uineas, oliuetas, hedificias, territuriis cultas et incultas seo et case massaricie ad ipsa curte pertenente, cum omne adiacentia et familie, quante exinde libere non dimiserimus, abeat ipse monasterio Sancti Petri. simili modo offero in predicto monasterio portiionem meam de cagio in Latiniano in integro, et casa Teoduri de Agello, et casa Pinculi de Cisiano, cum omne adiacentia ad ipse case pertinente et familie eorum. item abeat ipse monasterio Sancti Petri casa Gumfridi de Massiano, et medietate de casa quondam Mauri in Uariano et de filii eius. et abeat casa Gheduli de Riuo Cauo, et casa de filii quondam Anscausi de Uixiniano, et casa de filii quondam Pincioli in Pisniano, et casa Prandi in Pittule. item in ciuitate casa Cunandi, et casa Gadiperti, casa Fridicausi, casa Cauperti, casa Sichimundi; hec autem case cum omne adiacentiam ad eas pertinente et familie eorum abeat ipsum sanctum et uenerabile locum. similiter uolo ut abeat in loco Cotiano casa Barduli, et casa Mincioli, cum adiacentia sua et familie eorum, quante exinde liberi non dimiserimus. simul et abeat ipse monasterio medietate de mea portione de case quem abemus in loco que uocatur Barga, Ghermio, Lupinaria, Glacientiano, cum familie sue et adiacentiam sua. et abeat casa in loco qui uocatur Sarachaniano, quem emimus da Taniperto, cum adiacentia sua. in tale enim tinore uolo ego qui supra Uualfridi res superius conpreensa omnia abere

monasterio supra memorati Sancti Petri, ut ita persoluant ad ipso monasterio tam liberi quam et serui uel aldioni qui in ipse case resederint. itemque do et offero ad suprascripto monasterio portionem meam de pecunia nostra in insula Corsica, tam casas, familias, territarias, et omne adiacentia ad ipse case pertinente, et res donicata, mouilia et inmouilia; ut dixi, mea portione de quantum in ipsa insula Corsica [habeo], et omnia in integrum. simul et abeat ipse monasterio portionem meam de prato ad padule Actioni. et abeat portione mea ad Arsula, et orto que uocatur ad Prato iuxta padule Auctioni, et portione mea de terra in Arina, medietate de mea portiione. simul et abeat portiione mea de oliueto in Uerriana, et portione mea de casa Brunuli in ipso loco Uerriana, cum familia uel omne adiacentia ad ipse case pertinente, mea portiione. itemque do et offero ad prefatum et sepius nominato monasterio beatissimi Sancti Petri id est ecclesia et monasterio Sancti Petri in Accio, que est fundatum et constructo in iam predicta insula Corsica, cum omnia adiacentia que ad ipsa eclesia et monasterio est pertinente, in integro abeat et possideat ipse sanctissimo et uenerabile locu. hec omnia superius conpreensa do et offero ego qui supra Uualfridi pro redemtione anime mee in predicto monasterio Sancti Petri et abbas cum fratribus inibi congregatis, peto ut pro meis peccatis suis orationibus et uigiliis intercedere dignetur, ut michi Dominus ignoscat quod neglegenter gessi, et eorum pro me peccatore Dominus retribuat mercedem. ecce qualiter meus placuit animus. per huius uoluminis cartule confirmo sic, ita ut si aliquis de filiis aut heredes proheredes meos contra [hanc] dotis mei pagina ire quandoque presumpserit, aut aliquid subtraere aut molestare per se aut supposita persona de omnia que super legitur et adprobatum fuerit, conponat ad pars ipsius monasterii Sancti Petri uel eius congregationis auri solidos quingnenti, et presens cartula dotis mee in sua [maneat] firmitate et robore. Unde tres cartule pari tenore Aspero notarium scriuere [rogau] Actum Pisa; per inductione suprascripta; feliciter. Una de ista cartule reseruamus in predicto monasterio nostro Sancti Petri, alia uero de iste cartule dedimus ad conseruandum in domo sancte ecclesie Pisane, ubi dominus Andreas episcopus esse uidetur, tertia dedimus ad conseruandum monasterio domini Saluatoris, ubi abbas Gadisteo esse uidetur. Ego Uualfridi filio quandam Ratebausi in anc cartule dotis mee manus mea propria subscrispi et testibus obtuli roborandum. Signum + manu Ariperti filio quandam Aritei testis. Signum + manu Pertualdi filio quandam Arioldi testis. Signum + manu Beati abiscario testis. Signum + manu Gadualdi filio quandam Magiani testis. Ego Maccio notarius rogatus a Gualfridi in anc cartule me testes subscrisi. Ego Gundiperto filio quandam Barbentii rogatus ad Uualfridi in ac cartule me teste subscrisi. Signum + manu Guiliperti filio quandam Uitalicani testes. + Ego Ansperto notarius rogatus a Uualfridi hac cartule scribsi et subpleui.